Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



aliorum quam plurium.

Unde apparet, liberationem Alberti jam contigisse ante medium mensis Januarij, aut omnino anno priore eneunte. Burgum Mateü / Masciacum ~~patius~~ (de que ad c. cujus mentio fit in Itinerario Antonini, vide supra ad c. VIII. tbl. 25) situm de in valle inferiore ac diœcesim Salisburgensis, ~~nunc Stremensis~~, quam Amasiam seu Matsich, in valle ~~Val~~ Venostica, ~~fitadet~~ directio vie publice: qualis per ~~ha~~ Amasiam in edito monte sita minime, at vero per Masciacum olim et nunc ~~sita~~ est.

43) Diploma integrum habet Falkensteinius Hist. Bav. p. III, in Ludovico Severo. N. In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Chunradus Secundus Dei gratia Jerusalem et Siciliæ Rex, Suevie dux, vel sinceris benevolentie favoribus, quibus nos Karissimus Avunculus Noster Ludovicus inclytus Comes Palatinus Reni, Dux Bavar. paternis affectibus tanquam filium unicum educavit, respondeamus liberaliter, eosdem remuneratione debita, et merita transcendentes de nove presentium universis Christi fidelibus presentibus et futuris notum fieri volumus, quod Nos eidem Avunculo nostro Ludo. omnes proprietates nostras in quibuscunque terris sitas, ad nos generaliter, et specialiter, a quibuscunque nostris Progenitoribus, ex jure hereditario et proprietario, devolutas, cum omnibus hominibus, majoribus, et minoribus, juribus honoribus, dignitatibus, Dominiis Terre Civitatum, Castrorum, Oppidorum quorumlibet et villarum nec non aliis bonis et rebus, cultis, et incultis, quesitis et inquirendis. Agris, pratis, pascuis, silvis, viis, et invijs, aquarum decursibus, et generaliter omnibus pertinentiis, in quibus tam nobis, quam progenitoribus nostris jus in eisdem proprietatibus competebat, si quod absit, sine heredibus nos decedere contigerit, donavimus pleno jure proprietatis perpetuo possidendas. Hoc incluso, quod de eidem proprietatibus tam Consorti nostre, signa nobis processu temporis et arbitrio fuerit sociata, quam etiam in remissionem nostrorum peccaminum nobis dare liceat celitus inspiratis, quod nobis videbitur expedire. Donum promisimus pura fide, et nos per scripta presentia obligamus, ut omnia feoda nostra eidem Avunculo nostro conferri disponamus, et etiam fideliter procuremus, adhibita una cum avunculo nostro solicitudine et diligentia diligenti a Dominis, de quibus eadem feuda dignoscimur possidere. Ad cujus rei memoriam, et robur predicte nostre donationis perpetuo valiturum, presens privilegium fieri, et Regii nostri Karacteris impressione cum subnotatis

/ intelligendum puto vel

[vel castrum quoddam circa Leontium in Palatinatu Carinthiæ; siquidem quod suadere videtur ipsis plebanus de Polsach, qua villa est Præfecturæ Leontiensis: et testatur Burglehner t. III, l. IV, c. 16, in ea vicinia existere quatuor castella turres, seu arcium rudera, quarum nomina nesciuntur. ~~Minime vero~~